

Alte Drucke

Gratulationes In Lauream Poeticam M. Petri Mederi Saxonis Transylvani, que ei Rostochii in ædibus Doct. Pet: Laurembergii. Anno 1638. 25. Aprilis, ...

Meder, Peter

Rostochii, 1638

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174461)

GRATULATIONES

In Lauream Poeticam,

M. PETRI MEDERI
SAXONIS TRANSYL-
VANI, quæ ei Rostochii in ædibus
Doct. PET: LAUREMBERGII

Anno 1638. 25. Aprilis, St. Vet. est
collata.

à

*Mecænate, Patronis, Fautoribus & ami-
cis deproperate.*

Quibus omnibus
Præfixum est Poeticum
PRIVILEGIUM.



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typog.
Anno MDCXXXVIII.

M. E. T. R. I. M. H. D. E. R. I.

1717

Doct. et Mag. et

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.


Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.

Mag. et Doct.



Privilegium Poëticum.

HADR IANUS A MYNSICHT CO-
MES PALATINUS, MED. U. D. P. L.
CÆS. & DIVERSORUM SACRI RO-
MANI IMPERII PRINCIPUM
CONSILIARIUS & AR-
CHIA TER.



Um rationalis animæ duæ
sint nobilissimæ & præstantissimæ
facultates, Intellectus scilicet & Vo-
luntas in quibus expressior illa Divinitatis ima-
go, nobis à Deo, singulari ejus munificentia
concessa, potissimum sita est, & signatum illud
super nos Divini vultus lumen elucet, ad has
suis perfectionibus excolendas, suo adornan-
das decore, & ad pleniorum Dei similitudinem
in qua omnis humana perfectio consistit eve-
hendas : Universa Philosophia & omnes libe-
rales artes quantum possunt, maximè elabo-
rant & collimant. Etenim Philosophia o-
mnem Virtutis, Officii, beneq; & innocenter
vivendi disciplinam continet, omnium bene-
factorum, benè dictorum Mater. Jurispruden-

tia quid æquum, quid iniquum discernit. Mathematicarum doctrinarum terrâ mariq; multis rebus ac temporibus creber est usus. Poët. aut prodesse volunt aut delectare, aut simul & jucunda & idonea dicere vitæ. In terris sanè nihil est admirabile atq; magnum, præter virtutes & scientias: Proinde unus ille Mundi Rex & constitutor scientiarum semina cupiditatemq; cognoscendi mortalibus ingeneravit, & non frustrâ insevit, modo adhibeatur cultura, quâ adolescant illa semina, fructusq; pariant innumerabiles. Cum verò in homine nihil sit præstantius atq; divinius, quàm mentis ac rationis actiones, certè nulla erit rationis functione nobilior: Illa autem est intelligere, quo uno mens alitur. Propria verò Rationis actio est, indagare, & quotidie aliquid cognoscere. Unde animorum nostrorum origo in terris nulla apparet: quoniã cœlestis est istoq; modo ad Divinam similitudinem pervenitur; Non immeritò igitur apud omnes nationes atq; populos eruditis & sapientibus viris summus semper tributus est honos, amplissimaq; decreta præmia, Philosophis, Oratoribus, Mathematicis, Poëtis, Medicis, & Juris Consultis. Hinc

Reges

Reges ac Principes viris doctis amicitia suæ fo-
rens cupidissimè patefecerunt, semperq; singu-
lari eos liberalitate, benevolentiaq; prosecuti
sunt, seq; illis instituendos tradere voluerunt,
& nomen sibi immortale compararunt. Inde
ipsi Poëtæ fatentur ingenuè, adsequenda lau-
dis aviditate se teneri, ita enim ex illis non mi-
nimus Ovidius : *Quid petitur Sacris nisi tantum
fama Poëtis ? hoc precium nostri summa laboris
habet.* Ipse quoq; Tullius Cicero Philotimiae
suæ notas & indicia non obscura cum in omni-
bus suis operibus reliquit, tum maximè verò
in Epistolâ ad Lucium Historicum expressit,
ubi scribit, ardere se cupiditate incredibili, no-
men ut suum scriptis celebretur, & illustretur.
Hinc etiam licet concludere omnibus liberali-
bus artibus cum Philosophiâ maximum com-
mercium intercedere : & Poeticam integu-
mentis suis omnem liberalibus ingeniis deco-
ram cognitionem sapientiamq; complecti.
Quid n. aliud est Poetica, inquit Maximus Ty-
rius, quàm Philosophia tempore quidem vetu-
sta, compositione Metrica, sententiis Mytho-
logica, ac fabularum in volucro tecta. Ipse
Plato Poetas, modo Sapientiae Patres ac Duce


modo Deorum interpretes, modo Deorum filios appellat. Quàm studiosè idem Plato Aristoteles Homerum legerint, quàm sæpè ejus testimoniis ad res suas confirmandas, utantur, ex historicis patet. Quoniam autem ex præcipuo totius ferè Philosophiæ lumine Poetica est ex omnium disciplinarum nucleo condita placenta, ac ex doctissimis quibusquam flosculis compositum mellificium, Ars hæc à Romanorum Imperatoribus singulari beneficio ornata est, quæ à nonnullis divini Spiritus in hominem transfusi propago dicitur; Inde Ovidius: *Est Deus in nobis, agitante calefactus illo: Sedibus æthereis Spiritus ille venit.* Sed quid in re tam manifesta immoramur? Ipsa divina scriptura locuples testis est. Poeticam tanquam singulare donum & bonum cum cæteris liberalibus, & ingenuis artibus & disciplinis, immenso DEI beneficio concessum hominibus, & non ociosorum hominum commentum, aut inane fabulamentum esse, ut olim Erastosthenes calumniabatur, teste Cœlio lib. 7. c. 1. Hinc ob Poetarum, dignitatem, authoritatem, eloquentiam, & scientiam, singulari honoris titulo à Casareâ Majestate Poetæ sunt condecorati,

rati, & Laureâ coronati: ab illis enim, & in re
bus Spiritus, & in verbis subtilitas, & in affecti-
bus, motus omnis, & in scriptis decor petitur.
Cum igitur Præstantissimus, & Doctissimus
Dn. M. PETRUS MEDERUS Ceidinenſis Sa-
xo-Transylvanus, cujus excellens ingenium, &
exquifita in arte Poetica ſcientia, quaſi Jaspis,
aut Pyropus in auro eluceſcit; à me inſignia
illa honoris peteret: honeſtiſſimæ ejus petiti-
oni denegare nolui: Varia enim carminum ge-
nera, paſſim divulgata, ſatis evincunt, illum in
Poetica facultate, multis aliis antecellere. Ex
his cauſis ego HADRIANUS à MYNSICHT
ex Imperiali dignitate, Sacri Palatii Comes &c.
Te M. PETRUM MEDERUM CEIDINEN-
SEM SAXONEM TRANSYLVANUM, Laureâ
Coronâ tranſmiſſâ Poetam Laureatum Cæſa-
reum facio, creo, declaro, ac pronuncio, mini-
mè dubitans quin hac, quam nunc adeptus es,
dignitate, in Dei, Eccleſiarum, Romanorum
Imperatorum, Rerum publicarum, bonorum-
que Virorum laudem ſis uſurus; imò & præ-
ſentium literarum tenore, in optimâ formâ,
atq; ita ſolenniter te coronatum eſſe confirmo,
ac ſi ab ipſo Divo Imperatore, aut à Divis ejus

Antecessoribus, Romanorum Imperatoribus,
esses Laureæ Poeticæ insignibus ac Titulis in-
signitus. Adeoq; hunc tibi honorem defero,
ut in toto Romano Imperio, ubicunq; loco-
rum & terrarum actus Poeticos, in eâ arte, sci-
licet scribendi, legendi, commentandi, inter-
pretandi exerceas, idq; palam & liberè, omni-
busq; ornamentis, insignibus, immunitatibus,
exceptionibus, prærogativis, libertatibus, con-
cessionibus, honoribus, favoribus, indultis &
gratiis iis fruaris, quibus & alii, in hoc dignita-
tis fastigium evecti, ubertim gaudent & fruun-
tur. Quæ omnia, nè ullo unquam tempore,
sub pœna in diplomate expressa, quæ est 50.
Marcarum auri puri, in dubium vocari queant,
hasce patentes meas literas Palatinatus mei Si-
gillo ac manus subscriptione munire volui.
Dabantur Swerini in Aula Megapolitana, die
nono Aprilis stilo veteri, Anno suprâ Millesimi-
um & Sexcentesium Trigesimo octavo.



HADRIANUS à MYNSICHT.
Aula Cæs. Comes &c.



Herrn M. PETRO MEDERO
Saxoni Transylvano, zu freundlicher
Dancfsagung für Ihm gemachte Latei-
nische ANAGRAMMATA

Setzet diß
Wilhelm von Galcheim/
genandt Lohausen.

Alexander der Groß gar hefftig hat beflaget/
Homerus todt/weil er ganz fůrreich anßgefaget/
Achilles Helden lob: Bekümmert ſich auch ſehr/
Daß Ihme dieſes Glück nicht wiederfahren wehr.
Mederus weil dann auch/ durch ewer zierlichſt reymē
Vnd Verß/wird hoch geführt mein Nam/ kan ich nicht
ſeumen/

Freundlich zu ſagen danck für mir erzeigte ehr/
Zu wüncſchen euch viel glück zum Lorbertrantz/ der
mehr

Als rühmlich wol ihr habt durch rheimgedicht erworben/
Dardurch nach ewrē Todt ewr ruhm bleibt vnerſtorben.
Farth fort Meder⁹/ fart fort zu zieren ewer Kunſt/
Das wird euch bringen viel Ehr/ liebe/ Freund vnd
Günſt.

M. PETRI MEDERI, auff
vorhergehendes Teutsches Ehren-
gedicht / Antwort.

Der grüne Lorberkranz so Mir ist auffgesetzt/
Herr General Major / gar höchlich mich ergetzt/
Und das vmb so viel mehr / das der Solennitet,
Hat beygewohnt Ewer Gnad / mit ihrer Grabitet.
Zu welches noch mehr ist / das derer Gnad vnd Gunst/
So reichlich hat bezahlt mein wenig Müß' vnd Kunst/
In dem sie hat für mich Herrn Nynsicht zu Schwerin/
Zu ehren mich damit / durch vorschafft bracht dahin.
So lang mir Gott vergönt zu leben hie auff Erdt/
Soll mir der selbig sein gehalten lieb vnd werth.
Auch wil ich dahin mich bemühen allezeit/
Dass Ewer Gnade spür die meine Danckbarkeit.

O *Rnatus titulo, (me contribuyente) MAGISTRI*
Publicitus nuper conspiciendus eras:
Nunc etiam LAURIS, Medere, P O E T I C A, per me
Frontem, & pulchra tibi tempora condecorat,
Imodò, obans animis. Hæc & tu dignus, & isto?
Et quisquis tecum scit paria hæc facere.

PETR. LAUREMBERG,
D. & Prof.

Dulcis Mederide! Gloria Cynthii,
Flos, & Pieridum, dulce decus chori!

Sunt

Sunt quos sanguifluis horrida lanceis
Multum castra juvant, & lituo tubæ
Permistus sonitus, pugnaq; tristior,
Et cædes hominum, bella moventium.
Contrâ. Sunt alij findere sarculo
Agros, quæis volupe est: Aut trabe Cypriâ
Luctari in rapidis luctibus Africo:
Aut, si fors catulis visa fidelibus
Cerva est, vel teretes Marsus aper plagas
Rupit, neglectâ conjuge blandulâ,
Et natis teneris, sub Jove frigido
Pernoctare, humiles membra per herbulas
Stratos, aut, hyemis tempore, per nives.

Non est Mederide! mens eadem tibi,
Nec pectus studium par subiit tuum.
Inde usq; ex utero te tenuit nemus,
Nympharumq; levium Satyris cohors;
Secretum populò. Nec tibi tibia
Euterpe vetuit, nec Polyhymnia
Lesbium renuit tendere barbiton.
Sumfisti celebrare, immeritos mori,
Heroes celebres, atq; alios viros.
Hinc non exuvie præmia te manent,
Nec quicquid Lybicis verritur areis,
Aut huc advehitur finibus Indicæ,

Vel saltu cecidit præda Sabellico;
Sed, doctarum, hederæ, debita frontium.
Te, ritu veterum, vatibus inserunt,
Et miscent, superâ qui resident domo.

Maeste, ô Mederide! maeste! Ita, lucidas
Sedes ingrediens, effugies rogam,
Et felix jugiter Nectareos trahes
Succos, ordinibus scriptus in ætheris.

Amicæ congratul. E. depr.

GEORG. Krug / Phil.
& Med. D.

EPANAGRAMMA
In Poëticos honores
Viri Clarissimi.

Dn. M. PETRI MEDERI
Transylvani Amici & Fautoris
colendi.

NOMINA PETRE petrâ, cognomina crede me-
dendo

TRANSYLVANE trahis: nec sine laude trahû.

Patria septenâ fratrum sibi nomen ab arce

Quondam sortita est, Patria dulce solum.

Dulce

Dulce solum *quin* dulce tibi cognomine nomē

Dulcia quæq; ferunt omina : dulce ferunt.

Fallor? an Aonides frustrâ cum laude sorores.

Grata Magisterijserta dedere tibi?

Ille ἐπὶ ἀρχόπολιν tantus tua pectora dignam

Selexere Diis & sibi laude petram.

Cernis ut ædificant divinâ palladis arte

Dulce Semiramidis te super instar opus.

Hæc tua Pymplejadû sunt hæc præcordia sedes,

Arx petra septemplex undi q; cincta benè.

Hinc tua bis tandem redimûtur tempora LAURUS,

Datq; Camœnarum frondeaserta cohors.

Hinc tibi curarum, dilecte MEDERE medela

Quam vix GALENUS noverit arte suâ.

Hanc juvat assiduâ Patria, velut arte MACHAON,

Mente simul labris applicuisse manu.

Maestè Vir iccirco; benè doctus in arte MAGISTER

PETRE MEDERE tuis esto medela petra.

Sic tibi non ullis intermoritura diebus

Fama per innumeras foenore surgit oras.

Donec erit laurus, dum Transylvania sylvas,

Pharmaca dum Medicus, terra fovetq; petras.

αὐτοχρηστία

M. JACOBUS GARTNER,

P. L. Cæs.

Præstan-

Præstantissimo & Humanissimo
Viro, Elegantis Eruditionis ac ingenij
eximij Juveni,

Dn. M. PETRO MEDERO,
amico suo singulariter dilecto.

Laureâ corollâ Cæsariâ solemni-
ter redimitô.

Dum ros uber humum irrigat rigentem;
Dum Coeli parit imbre facta succis
Auræ temperie hacce lenioris
Tellus gramina; floridos recessus
Dum fœcundat, & ornat alma Chloris
Pictis arvaq; floribus coronat;
Dumq; curat Hamadrias vireta;
Dum vernæ viridantibus volucres
Sub ramis loca saltibus sonoro,
In lætis feriunt amœna cantu,
Auras dulcisonâq; voce complent;
Tu, Clarissime vir, MEDERE, magna
Vatum gloria, laus, decusq; Pyndi,
Quem Phœbus mihi, floridusq; Candor,
A dulci patriâ procul remotum
Dum Telittore balthico Camœnæ
Detinent, nutriuntq; in hoc Roseto,

Et

Et iunxit celeberrimæ modesta
Parnassi D E A, vinculo perenni,
Suavis grata Lyræ tuæ peritè
Pulsas fila, novensilesq; nervos
Tangis, mellifluoq; metra pangis
Plectro, quæis ferias vel ipsum Olympum.
Quæ nec æra, nec abluet vetustas.
Ipsus audiit ac probavit illa
Princeps Pieridum, paterq; Vatum.
Hinc est, quod Tibi lauream Corollam
Decrêrit Capiti tuo inferendam.
Laurus nempe velut virere amœnis
Semper Elysijs solet comamq;
Adoratum habet illa floris; Ipsa
Sic latè tua Fama gratum odorem
Sparget, & superâ sedebit arce.
Dies omnia deterunt & anni;
Honor, metraq; nesciunt moriri
Vatum; Fama perennis est eorum.
O factum benè! gratulor M E D E R E,
Hoc SERTUM Tibi, Prosperet supremum
Numen, floreat ut, nec in senescat,
Vitâ donec amabili peractâ
Inter Cœlicolas satur dierum.

Cygnos

Cygnos quod voveo, locatus omne
Laudes concelebres J E H O V Æ in ævum.

Singulari amicit: & fav.

ergo

approperab.

M. DANIEL FRIDERICE

Musicus Rostochiens.

Mille reflorescens enutrit germina tellus,

Quæ procul ornatu versicolore nitent.

Sed tamen hac longè præcellit amabile lauri

Temporibus vernans germen, amice, tuis.

Nam citò marcescunt quantumvis florida, multa

Enecat in medio vere frequenter hyems.

Sola viret Laurus foliis uberrima, baccis

Laurus odoratis sola perennis erit.

Amico honorando

L. Mq. ἰαϕεδιαοε

M. PANCRATIUS AMSELIUS

P. L. C.

SI, Medere! tuæ mihi sint in carmina vires,
Mens foret in laurum nunc dare multa tuâ.

Sed,

Sed. quia de tenui manat modò rivulus amne,
Ne tenuem parvis grandia, vota feram:
Sis sanus, Medere! diu, semperque virentem
Laurum, florens, vince vigore, tuam!

*Votiva acclamationis Causâ
scrib.*

Lorenz Henrich von Melking/
Eques Lunæb.

Vix dum septeni menses abiêre, tiaram
Cum tibi purpuream magnus Apollo daret.
Nunc viridi cinctus lauro caput, omine fausto
Accedis vatum, docte Medere, gregi.
Illa quidem Sophia studio tibi, parca, politum
Hanc tibi conciliat carmen, utramq; labor,
Quo sine nil magnû, nihil immortale patrabunt,
Quos solida laudis fama decusq; movent.
Ma te vir egregiis his ausis optime, sic te
Immarcescibili laurus honore beet!

His amico suo percaro lauream
Poeticam gratulab.

M. JOHAN MICHAELIS,
Stralsund. Pom.

Oras

ORabam modò blandius Camœnas,
Ut dignum mihi carmen explicarent
MEDERI auribus, eruditione
Dignum, & ingenio politiore:
Cum mî talia reddit una, dicens:
Non tuo locus est opusvè versu,
Quo Clarum celebres, beatiore
A nobis Titulos, beatiore
Versus accipiet, simulq; dignam
Lauream: Bona Tu precator Illi.

M. JUSTUS BRAWE,
Osnabrugâ-Westph.

Qui non de duplici latus tibi grater honore
Dignè collato, Petre Medere, brevi?
Nactus es haut pridem victricis præmia palmæ
Quando Magisterij coctus honore clucs.
Nunc augetur honos, quando nova præmia Musæ
Decernunt capiti laurea fersa tuo:
Atq; idem Doctor Mons Lauri tempora cingit
Lauro, qui sophiæ præmia digna dedit.
O te felicem tanto Cenfore, Brabeve,
Tam docto qui fers digna brabea viro!

Ergo

Ergò deduplici meritò tibi grator honore,
Ut q̃ tibi proſper ſit, velit ALMA TRIAS.

SAMUEL MULLERUS
S S. Theol. Stud.

PETRVS MEDERVVS

Cidinenſis Saxo-Transylvanus, Magiſter
Philoſophiæ, & Poëta Laureatus Caſareus.

ANAG:

Vides ipſe, ut his Athenis places: ita
carus es tuis. Mox gratioſus re-
deas: nam lauru Poëtæ plenè or-
naris.

Εὐθεως.

UT hi Athenis carus es: ita quoq; tuū.
Places Medere, fratribus.

Quid ergò te jam porro rerum detinet?
Nunquid Magiſtri nomina?

Nunquid decorans erudita frontium
Laurus moratur, æquora?

Atqui, Benignitate, primò Numinis,
Deinde LAUREMBERGII,

Et, quos Profeſſores in hoc Collegium
Legit voluntas Cynthii:

Ornatus

Ornatus annulo, & Tiarâ Hiacynthina,
Hinc ante paucas Heptades,
Stabas superbis in Cathedris, dulceq;
Phœbi ferebas Savium,
Liberq; clausus, idem apertus deniq;
Tibi dabatur in manus.
Cur hoc? ut esses indè certo certior,
Quid te deceret postmodum.
Non alligatum scilicet phanaticis
Hære opinionibus.
Servire dedecet sophorum filios,
Ufos suis arbitriis.
Plebs serviat; Tu iustus es, liberrimè
Sensis fruisqi propriis.
Quæso Medere, an hoc parum esse judicas?
Erras profectò plurimum.
Sed esto, si vis. Num pari prorsus modo
Laurus parum Poetica?
Parumnè Censes ferta circum tempora
Gestare frondis laureæ?
Te, COMES, invoco sacri Palatii
Testem, HADRIANE, Talium
Munus virorum, qualis est Rex Ausonum,
Bellicohercens fulmina,

Reges.

Regesq; Comitesq; Et, penes quos maxima
Est, hoc potestas Circulo:
Parvumnè? Nilnè stirpe natum paupere,
Præter Magistri nomina:
Habere vatum insignia, atq; Gratias,
Et firma Privilegia?
Evax, & jo! quàm decorum est, spiritu
Poetico se tollere,
Et, aut Dei potentis admiranda opera,
Aut dicere inclytos viros.
Ut magnus est biverticis aquilæ deus,
Mortalitatis summitas;
Vel, qui minoris paullò sunt potentia,
Reges, Dynastæ, Principes.
Vel, ut gemella *Calchumius* hic, *Pallados*
Constansq; divæ Gloria:
Tunc namq;: sicut hederæ, magnis arborum
Est implicata frondibus,
Ob idq; serpit, donec excelssissima
Feratur ad cacumina.
Sic & Poetæ, quando dignis laudibus
Heroas astris inserunt:
Simul seipsoſ evehunt, ad extimas
Micantis oras ætheris.

Vitam,

Vitam, me Chrifte, mellis Attici favis
Suaviorem vatibus!
Postquam severa studia deponunt, melos
E corde promunt musteum,
Trahuntq; cantu saxa, tigres, arbores,
Et flumina vocant ad caput,
O erudite pulvis! invideo tibi,
Audite vates! Invideo,
Ubi video vos hæc facere. Quid inquam,
Ubi canitis nemorivagæ
Studia Dianæ, Castitate cæteris
Deabus eminentio-
Ris Virginis. Ut astum venustæ Cypridos
Sagaciter detexerit.
Cum luteum illa dormientis vertici
Circumdedisset flammeum?
Ignoro, quid jam porro spectes amplius,
Bino superbis nomine.
Veni MEDERE, repete mecum dulcia
Nostræ CORONÆ mœnia.
Existima, fat esse nostro tempore,
Anno redire septimo.
Ita ego statuo, ita judico. Veni, Veni,
Quid his morare sedibus?

Ubi

Ubi flagello triplici, Mars efferus
Cædit, fugatq; Delium.
Si fortè formidas viarum tædiâ,
Musæ sequentur cominus.
Hæ te levabunt hac ab ægritudine,
Confabulantes jugiter.
Dulces novenæ MEDERO sororculæ
Musæ, deeq; canentium
Apollo, quid desideratis hîc loci?
Illic volebam dicere.
Nunquid viridibus consita nemora herbulis?
Nunquid juga alta montium?
Tupan Capripes, tu bicornæ collium
Calcator, hircuitalleq;
Hybrisq; Faune, tu perinpe Lar via-
Lis, tuq; vetula Hamadryas,
Fers testimonium, & tuo suffragio
Hanc quæstionem roboras.
Agite Camœnæ, dum tridentifer maris
Domitor, arare pineis
Permittit instabilia regna puppibus:
Tranemus æquor turgidum.
Meum MEDERUM adferte, vobiscum meum
PETRUM MEDERUM adducite.

Veni.

Veni, Veni, MEDERE, nonnè audis? veni,
Quousq; causas implicas?

Num patriæ oblivisceris charissimæ?

At Enyedinus est ibi.

Tacete Musæ, verbulum non dicite.

Amicus hic ipsum trahit.

Nolit, velit, domum revertetur. Dii,

Dii superi, & Dii inferi!

Quid est? venire gestit ultrò. *Quanta veri
Amoris est potentia!*

Ita amicum suum in patriam rebocat

ANDREAS CZIGLERUS Coronensis
Saxo-Transylvanus SS. Th. Stud.

In laurum.

Eruditissimi MEDERI sui.

S Axonibus patriam tua Transsylvania fecit,
Saxonia viridem jam colis ergò Rosam;

Hac patria ut patriæ non unâ dote remittat,

Te duplici dignum cingit honore virum.

Redde bonis avibus patria Sophon, atq; Poetam,

Et patriam docto quamlibet esse doce.

I hæc paucula Amico pl. dilecto, ultimo
quamvis loco, non ultimo tamen af-
fectu, spaciolo suppetente, adposuit
amator ejusdem perpetuus

Georgius Nicolaus Erasmus
Ohrdrufio-Tyrigeta.